

»nullus, praesertim dum choro interest, & divinis operatur officis, articulum, seu thecam, in qua Nicotianum pulverem servat, ad alios in orbem, seu gyrum mittere palam & publice audeat, sub poenis artib. nostro iuxta modum inobedientiae infligendis. Voluntatem autem, ut haec voluntatis nostrae significatio praesentibus literis consignata in sacrario memorata Basilice, ac in loco conspicuo, qui ab omnibus certis possit, semper affixa remaneat in perpetuum omnium su-»pradictorum, praceptorumque monumentum. Dat. Roma ex nostro Palatio ad quatuor fontes 15. Januarii 1725." = *Loco* Sigilli. = A. Card. S. Clem. Arch.

4 Tabacci cuiuscumque usus ante missam, & Communionem indecens est, ut notant passim Doctores, & signanter La Croix *lib. 6. part. 2. num. 560.* ubi dicit, quod Urbanus VIII. constit. 161. & Synodus Colonien-»sis *pag. 88.* prohibeat, ne ullus Clericus, vel Laicus ante missam, vel communionem sumat tabaccum nasale: Si autem tabaccum traheret fumo, adhuc magis dedecere, uti notant Doctores cum Busemb. *l. 7. part. 1. tract. 3. cap. 2. dub. 2. art. 1. vers. Btsi parvitas:* & multo magis dedecere, si masticaretur.

5 An vero sumptio tabacci frangat jejunium naturale? Variant Doctores: Antonius enim de Leone in *quastio-nibus moralibus de Chocolatea part. 1. §. 4. num. 10.* & *seq. Lezana tom. 3. verb. Eucharistia num. 16.* & alii dicunt, violari jejunium naturale ad Communionem requisitum, quando aliquis fumum, vel pulverem tabacci naribus sumit: At vero rectius hanc sententiam re-jiciunt Diana *part. 5. t. 13. res. 1. §. part. 8. tract. 7. resol. 3.* Pasqualig. in *praxi jejunii decis. 438.* Lugo in *respons. moral. lib. 1. dub. 9.* La Croix *lib. 6. part. 1. num. 570.* cum aliis ibi citatis, & alii passim: Et ratio est, quia illa non est vera comestio, vel potatio, quibus solis jejunium solvitur; sed vel est tractio salivae, vel respiratio, vel attractio, seu efflatio narium.

6 Difficultas major est de his, qui folia tabacci ore sumunt, & dentibus conterunt ad sputa, & phlegmata ex ore proicienda: De istis enim Antonius de Leone *loc. cit.* dicit non esse dubium, quod violent jejunium, quia semper aliquid ex succo in stomachum tra-jicitur, & ipsum sequuntur alii, & praesertim Lezana *loc. cit.* dicens frangi jejunium, nisi moraliter certum sit nihil in stomachum pervenisse. Et Alphonsus de Leone, & Joannes Praepositus, quos affert, & sequitur Diana *loc. cit.* Raynaud. in *Heter. tit. 16. sect. part. 3. n. 23.* & alii dicunt, non violari jejunium, si nihil in stomachum traicitur: Violari tamen, si aliquid traiciatur. Gobat autem *tom. 1. tract. 4. num. 265.* Burg. & Marcan. cum La Croix *l. 6. p. 1. num. 569.* & alii plures, & ex professo Lugo in *Respons. moral. lib. 1. dub. 9. num. 5.* dicunt, per id minime frangi jejunium, fateturque ibi Lugo, quod talis sit praxis Doctorum, & pio-rum virorum, qui absque ullo scrupulo tabacco utuntur, & ejus folia primo mane ore versant, & dentibus conterunt, & postea ad Communionem, & Missam celebrandam accedunt, sique sibi respondisse omnes a se consultos viros doctos, & theologiae professores volentes, quoad hoc, ut tabaccum ore sumptum, & denti-bus contritum sputa, & phlegmata, aliosque superfluos humores attrahat, non sit necesse ut aliquis succus foliorum tabacci descendat in stomachum, quia fieri potest per vim attractivam, & ex consensu linguae, & palati cum stomacho, cerebro; aliisque partibus conti-nentibus; ceterum tenendum est, quod si aliquis tabacci succus in stomachum traicitur, tunc frangatur jejunium naturale: Secus autem non, ut praeter supra-citatos cum aliis docet etiam Pontas *verb. Missa casu 6.*

7 Tabacci praesertim excessivus usus, ni dicam abusus, non parva affert incommoda, si expertibus in arte medica fidem habere velimus. Simeon Paulus enim Medicus Regius Tarbuisiensis *pag. 8. terg. lit. D.* sic expressè habet: "Quotus quisque ergo est, nisi ipse sit Ar-chitabaccarius, atque adeo animo occupato, qui non intelligat, quod meatibus, aut foraminulis ossis ethmoi-dis à pulvere tabacci obturatis, cum cerebrum per os ethmoidis neque aerem, ut eo ventiletur, neque re-»rum odorabilem species ad mittere possit, quia neces-sario olfactus intercidat. Et Paulo post: Cum ergo ad nisi radices usque pulvis tabacci narcoticus magna copia violenter attrahatur, & punctum temporis natu-»ra otiosa non sit, ac in vivo corpore ex decretis Hip-pocratis nostri omnia sint permeabilia, ac transpira-bilia, utique aliter fieri non potest, ut innui, quin partes olfactui destinatae à narcotica tabacci facul-tate misere affigantur." Et Jo. Chrysostomus Magnus Professor Medicus in 8 Universitate Ticinensi *Exercit. 8. §. 4.* sequentia Tabacci incommoda recenset: "Primum incommodum est odo-ratus abolitio, membrarumque, nervique odoratorii »exsiccatio, processuum mamillarum tabes, ut proba-vimus §. 15. Exerc. 6. Secundo Inducta cerebro intem-»peries, quae memoriam labefacit. Tertio futurus in »Medicina isti, quando quiescere licet, quod vorant in »genus appellat Celsus. Quarto attrahunt à ventriculo »ad cerebrum humores pravos, immoderateque cerebri »exsiccatione aliqui vix sibi satis constant. Quinto sen-nium, mortemque accelerant adventitia siccitate humido radicali infesta. Sexto febribus acutis magis ob-noxii redduntur, itemque deliriji, & phrenitidi. Sep-timo. Vidi non neminem, cui insanus hujus pulveris »usus christallinum corrugerat humorem, unde & »fluidantia cernebat objecta. Octavo durius auditus fit is »qui parvum caput sortitus sunt, tinnitusque aurium »culpian contingit effrenato hujus pulveris usu." Tabaccum Jacobus VI. Britannorum Rex interdixit 9 in suo regno, bene persuasus, ex ejus usu corpora hominum enervari. Et Amurathes IV. Turcarum Imperator sui poena capitali ipsum prohibuit, teste dicto Magneno *Exerc. 5. §. 10.* & II. ne subdit, vit inebriarentur, vel infecerent redderentur. His de tabacco ad eruditorum curiositatem addere 10 lubet, quae ex Ant. Abbat. in *sujs lepidissimis Frascherie Fascio 2. cit. la Pazzia Satira, circa medium* refert Ursaya *Instr. crim. lib. 3. tit. 3. num. 58. ibi:*

*Una certa pazzia nasi innamorata,
Che nome ha d' Tabacco, e a mio giudizio
Già dall' urna del mal trasse Pandora.
E' medicina, e non fa mai servizio,
Non fa servizio, a chi la piglia è grata;
Grata è per uso, ed usata per vizio.
A lordar nasi, e fazzolesti è nata,
Però scerner non so; se più conviene
A i nasi, o a' fazzoletti una buccata.
Come in suol polveroso ondose vene
Piovon dal Ciel, così dal naso esclusa
Su la polvere sua la pioggia viene.
S' a sgravare il cervello un Uomo P usa,
Cagione non avrà, mentre si lagna,
Che legger di Cervell' altri P accusa,
Sempre colan un amor, ch' il labro bagna,
Ond' io non so, se mangi, o cachi il naso,
O faccia collazion naso, che magna.*

Adducuntur varia decreta Sacr. Congr. Immunitatis in ordine ad faciendam perquisitionem tabacci in locis immunibus prout referuntur à D. Riccio in *sua Synop-si verb. Tabaccum, ibi:* "Sac. Cong. ultra facultate» in decreto sub 21. Decembris 1676. ex speciali com-»missione Sanctissimi concessas Reverendis. Nuntio »Apostolico, & Ordinarii locorum in regnis Lusita-nia, & Algarbiorum, sequentes de ejusdem Sanctissi-mi permissione addendas esse censuit: firma in reli-»quis remanente dispositione ejusdem decreti, videlicet. »Quod Reverendissimus Dominus Nuntius, retent-a sibi potestate procedendi, & inquirendi contra Re-gulares, & exemptos in civitate, & diecesis Ulyxi-ponen. pro aliis locis cognitionem causarum contra cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti de neces-sitate etiam exprimentis Regulares mercimonij causa »tabaccum contrahentes, seu contudentes, vel etiam »ad effectum praefatum retinentes, propriis Episcopis »in civitatibus, locis intra fines cuiuslibet illorum die-

»esis, & quoad loca, quae Nullius, vel extra dice-cem existant, aliis Episcopis vicinioribus committe-re possit, & valeat, communicando eidem nomine »Sedis Apostolicae facultatem inquirendi, & proceden-di contra dictos Regulares, & exemptos private quoad omnes etiam ipsorum Praelatos, & Regulares; insuper tam idem Nuntius, Sanctissimo pariter annuente, in »diecesis, & Civitate Ulyxioponen. quam dicti Episco-pi, & Ordinarii locorum, sive procedentes contra »ecclesiasticas personas ex propria facultate, sive de-legata contra Regulares, aliosque exemptos, possint »pariter, & valeant in casibus praefatis perquirere to-»tius quoties opus fuerit, in locis immunibus, ac intra »claustra, & domos Regularium, seu monasteria, quamvis exempta." Sacra Congr. Immunit. in *Lusitana 21. Junii 1678. lib. 2. Decret. Alt. pag. 1599.*

13 Ad instantiam Proregis Neapolis editum fuit simile decretum quoad tabaccum cum iisdem facultatibus Nun-tio, & Episcopis Regni Neapolitani, ac in supposito pro regnis Lusitania; Sacra Congr. Immunit. in *Neapolitana 29. Jun. 1678. lib. 2. Decret. Alt. pagin. 1603.*

14 Ad instantiam Appaltorum tabacci Rev. Camerae Apostolicae conceditur eadem facultas Episcopis Status Ecclesiastici perquirendi in quocumque loco, & procedendi, & inquirendi contra quocumque quomodolibet exemptos eodem modo, & forma, ac Neapolitana suprascripta circa tabaccum; Sacra Cong. Immunit. in *Romana 17. Martii 1682. lib. 3. Decr. Alt. pag. 23.*

15 Edicta, & banna publicata à D. Nuntio, & contra-versa ab Eminentissimo Archiepiscopo super Tabacco sustinetur; Sacra Congr. Immunit. in *Neapolitana 13. Novemb. 1668. lib. 1. Decr. Alt. pag. 106.*

16 Tabaccum extractum ab executoribus Curiae Episcopi-sal sine interventu personae ecclesiasticae à loco immuni, debet restitui loco immuni; Sacra Congregat. Immunit. in *Tudertina 30. Augusti 1679. lib. 2. Decret. Alt. pag. 1826.*

17 Quamvis tabaccum cuiuscumque generis ante, paulo post celebrationem Missae, & sumptionem Eucha-ristiae, quaedam synodi etiam sub censuris interdixerint; quia praeter his suffulti auctoritatibus Clericatus de Sacrament. Eucharist. decis. 34. num. 12. cas. 2. Natalis Alexander theolog. dogmat. §. moral. 1. i. in appendic. 1. varior. epistol. epistol. 45. Sarnelus Episcopus tom. 6. epistol. ecclesiastic. epistol. 30. Hurtad. resol. moral. tom. 2. tract. 11. cap. ult. docuerunt oportere, ac decere, ut

18 Episcopi in suis Synodis edicant à nemine ante Missae celebrationem, aut Sanctissimae Eucharistiae percep-tionem, tabacci folium mandatur; Benedictus XIV. De synodo dioecesa. lib. 7. cap. 93. num. 4. relicta in medio, sit indecisa quaestione de tabacci folii masticatione, tradit nequaquam hodie expedire, ut usus tabac-ci sumi, aut pulveris naribus attracti sub censurarum poena interdicitur: Cum hodie à communi consuetudine sit adeo talis usus adonestatus, ut nulli prorsus scandalum praebet, aut admirationem causet. Unde ni-mium severus notaretur Episcopus, qui dictis antiquis Synodis insistentes dicti tabacci usum aut omnibus ante Sacrae Eucharistiae perceptionem, aut solis Sacerdotibus ante Missae celebrationem interdicit, adjecta praesertim in transgressores censurarum poena.

(Hac super materia nil addendum videbatur, eo quod infra propositum denotat, neminem hujus speciei com-mercio se ingerere valere: etiamque demonstrat cui competat cognitio causae in eos eidem immiscentes: (Vid. verb. Forum, & Judex, in addit. hisp. & no-vit.) si nimis non duceretur oratio, hic tantum inse-

tere oportebat binas instructiones ad regimen tribuna-lij regiorum reddituum in causarum vulgo de fraudes y contravandos decisionibus spectantes; die 17. Decembris ann. 1760. atque 22. Jul. ann. seq. 1761 fserunt expeditae: decem, & septem capita amplectitur prima, secunda vero instructio quinquaginta: methodus in hac praescribitur causas prosequendi: dum frans, & rei ap-prehenduntur, ex cap. 1. ad 8. inclusive continetur: in nona, & decimo, sine fraudis apprehensione, rei vero praesentes, forma iudicium instaurandi praefigitur: dum causae per denuntiationem efformantur, per duos sequen-tes capitulos: in reorum absentia, in decimo tertio, de-cimo quarto, & decimo quinto: in substantiationem praedictarum causarum variae considerationes ex decimo sexto ad vigesimum quintum reperuntur: ex vigesimo sexto ad trigessimum nonum poena decernuntur, & per-sonae, quibus sunt imponenda, enunciuntur, fraudis probatione non deficiente: ex quadragesimo ad final-lem, de Commissorum, & ceterorum in sententia aperi-torum applicatione tandem tractatur: in utraque in-structione capitulus 10. in una, 19. & 20. in altera, praeci-piunt in hac materia, si hujusmodi excessus animad-ventuntur, omnes seculares, alterius fori licet fuerint, iudicibus ad harum causarum cognitionem nominatis, esse subjectos: incompetentem libellum non suffragari.)

TABERNACULUM.

SUMMARIUM.

- 1 CLAVES Tabernaculi nec relinquuntur in sacristia, nec à Laico servari, sed à solo sacerdote.
- 2 Immo ipsas retinere debet Parochus privative ad sacristiam, & Capellanum.
- 3 In Tabernaculo, ubi asservatur Sanctissimum Sacra-mentum, non sunt retinenda Reliquia, nec vasa sacrorum Oleorum, nec aliud.
- 4 Clavis Tabernaculi, ubi reponitur Hostia consecrata in Feria quinta Cane Dominica, non est aunda Laico quantumvis Nobili.
- 5 Monialibus non committitur Clavis Tabernaculi Sanctissimi Sacramenti, sed penes eum sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat cura illud admini-strandi.
- 6 Nec etiam in monasteriis Monialium asservari debent Reliquia, sed in exterioribus Ecclesiae.
- 7 Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in altari majori propter functio-nes Pontificales, quae sunt vestis rebus ad altare.
- 8 Cappuccini retinere possunt Tabernaculum ligneum affabre laboratum.
- 9 Ante ostium Tabernaculi SS. Eucharistiae, in quo depicta, vel insculpta est Imago Salvatoris, non est retinendum vas florum, vel quid simile, sed collocandum in humiliori, & decentiori loco.

CLAVES Tabernaculi nec relinquuntur in Sacristia, nec à Laico servari, sed à solo sacerdote; Sacra Congr. Rit. 22. Febr. 1593. Immo ipsas retinere debet Pa-»rochus privative ad Sacristiam, & Capellanum; Sacra Congr. Conc. in *Neapolitana 14. Novemb. 1693.* In Tabernaculo, ubi asservatur Sanctissimum Sacra-»mentum, non sunt retinenda Reliquia, nec vasa Sa-crorum Oleorum, nec aliud; Ead. Sacra Congr. Rit. dicti die 22. Febr. 1593.

Non esset inconsequens, si hic insererentur omnia quae circa herbam, Tabaco, nomine Hispano nuncupatam, inventurum determinata; praeterquamquod est constans regiae gazae peculiarem esse ejus administra-tionem, & nullum sine Regis beneplacito in hujusmodi naturae commercio se ingerere debere, utpote in prohibi-tione rerum vulgo de Contravando incursum censetur; nihil hic prae notari videtur praeter quae necessario astare debent, ut perquisitio tabacci exequetur; neque super hoc aliquid addendum, cum jam quae sufficiant ad ejus intelligentiam, praeventa notentur (1).

(1) Vid. verb. Perquisitio.

- 4 Clavis Tabernaculi, ubi reponitur Hostia consecrata in feria V. Cœnæ Dominicæ, non est danda. Laico, quantumvis nobili: Sac. Congr. Rit. 30. Januar. 1616.
- 5 Monialibus non committitur Clavis Tabernaculi SS. Sacramenti, sed penes eum Sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat cura illud administrandi; Sacra Congreg. Conc. in Vallisoleana 11. Januarii, 1604.
- 6 Nec etiam in Monasteriis Monialium assertari debent Reliquiæ, sed in exterioribus Ecclesiis; Sac. Cong. Conc. in Faventina 7. Martii 1617.
- 7 Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt vestibus ad altare; Sac. Congr. Rit. 24. Nov. 1598.
- 8 Cappuccini retinere possunt Tabernaculum ligneum affabre laboratum; Sac. Cong. Episc. & Regul. 13. Julii 1646.
- 9 Ante ostium Tabernaculi SS. Eucharistiæ, in quo depicta, vel insculpta est Imago Salvatoris, non est retinendum vas florum, vel quid simile, sed collocandum in humiliori, & decentiori loco; Sac. Cong. Rit. 22. Januarii 1701.

TABERNA, TABERNARI, seu Caupones.

MUSUMMARIUM AT

- 1 **T**ABERNA nomine quid veniat.
- 2 Tabernæ ingredi non possunt Clerici ad comedendum, & bibendum, nisi in itinere, aut causa necessitatis.
- 3 Tabernæ habere nullum modo licet Clericis, aliâs deponendi sunt.
- 4 Tabernarii, seu caupones mortaliter peccant, si inebriandos, plura vendendi, aut lucrandi prætextu, ad potum continuandum provocent.
- 5 Item mortaliter peccant tabernarii, seu caupones, qui potum ministrant illis, quos inde prævident inebriandos, si ex denegatione non timeantur gravia incommoda.
- 6 Idem dicendum est cum proportionem de tabernariis, qui carnes, aut secundam refectionem ministrant in die jejunii, ac de illis, qui potum ministrant se inebriantibus.
- 7 Tabernarii, seu caupones, si ut plures habeant hospites, permittant, seu curent ad edes suas venire meretrices, & inservere mensis, peccant mortaliter.
- 8 Tabernarii graviter peccant, si admoniti, ut desistant, adhuc diebus festis tempore divinorum Officiorum in suas tabernæ incolas, seu parocianos ad potandum, ludendum, aut aliâs non necessariam agendum permittunt, præsertim cum scandalo aliorum.
- 9 De tabernariis vendentibus pro puro vinum aquæ commixtum, aliâque res majori pretio, quam valeant, remissive.
- 10 Episcopus potest prohibere aperiri tabernæ pro laudis aleorum, & taxillorum.
- 11 Magistratus non potest prohibere tabernariis appendere res venales in columnis porticuum, quas Ecclesia habet Jus locandi.
- 12 **T**ABERNA nomine intelligitur domus, in qua panis, vinum, carnes coctæ, & aliâ hujusmodi venduntur.

Etiamsi possit Episcopus caupones, seu tabernarios per correctionis modum ad claudendas tabernæ exhortare impediendi ergo perpetrationem delictorum, dum certò, vel saltem probabili fundamento scit talia ibidem committi: tamen juridice procedere nequit, præcipue in contraventores aleorum, & taxillorum laudum prohibitorum: cum similis jurisdictio peculiaris sit Judicium secularium (1).

(1) Vid. verb. Ludes, & Mulctæ.

Sic Glossa communiter recepta in Clem. de de vita, & honestate Clericorum. In aliquibus illis, nuptiis missæ Tabernæ ingredi non possunt Clerici ad comedendum, & bibendum nisi in itinere, aut causa necessitatis; Non oportet. 2. c. Clerici 4. dist. 44. Tabernæ habere nullum modo licet Clericis, aliâs deponendi sunt, textu expresso in cap. Nulli Clerico 3. dist. 44. ibi: Nulli clerico licet tabernam, aut ergasterium habere: Si enim hujusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis alijs ministrare in ea? Si quis vero tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur. Tabernarii, seu caupones mortaliter peccant, si inebriandos, plura vendendi, aut lucrandi prætextu ad potum continuandum provocent. Communis. Et ratio est, quia si ex Apostolo ad Rom. 11. num. 31. Digni sunt morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt faciendis, & infertori qui alios ad male agendum provocant, & inducunt. Item mortaliter peccant tabernarii, seu caupones, qui potum ministrant illis, quos inde prævident inebriandos, si ex denegatione non timeantur gravia incommoda. Communis. Et ratio est, quia licet ipsi vendant, & ministrent rem de se indifferentem, quia tamen hic & nunc est materia ebrietatis, & consequenter etiam peccati gravis, tenentur illam denegare, sicuti tenentur peccatum proximi impedire, quia, ut habetur Ecclesiast. 17. nam. 12. Mandavit (Deus)... unicuique de proximo suo. Idem dicendum est cum proportionem de tabernariis, qui carnes, aut secundam refectionem ministrant se inebriantibus, cum sit omnino par ratio. Tabernarii, seu caupones, si, ut plures habeant hospites, permittant, seu curent ad edes suas venire meretrices, & inservere mensis, peccant mortaliter, quia dant occasionem proximam peccatis, tum meretricum, tum hospitum. Beja. p. 1. car. 48. La Croix lib. 2. m. 26. & alii passim. Tabernarii graviter peccant, si, admoniti ut desistant, adhuc diebus festis, tempore divinorum officiorum in suas tabernæ incolas, seu parocianos ad potandum, ludendum, aut aliud non necessariam agendum permittunt, præsertim cum scandalo aliorum, Colligitur ex pluribus Conciliis, & signanter ex Concilio Rotomagensi de Curatorum, & aliorum Presbyterorum, & Paroecianorum officijs, ubi statuit, ut Paroeci, in Prona pro excommunicatis denuntiant, qui post admonitionem ausi fuerint Dominicis, & festis vdiebus, tempore divini servitii parocianos in domum suam ad potandum, ludendum, aut aliud non necessariam agendum recipere. Item ex Concilio Tronensis tit. De Festorum cultu, ibi: In hospitibus, seu cauponis alijs, quam peregrinis, cibaria, & vinum ministrati... sub anathematis poena prohibet hæc Sancta Synodus. Quæ duo Concilia, ut testatur Pontas verbo Caupo cas. 2. confirmata fuerunt à Gregorio XIII. anathematis autem poena non nisi pro peccato mortali indiligi potest, ut declarat Concilium Meldense cap. 56. relat. in cap. Nemo 41. caus. 1. r. quest. 3. ibi: Quia anathema eternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & concordat cap. Corripiantur 17. caus. 24. quest. 3. ubi dicitur, quod in Ecclesia nulla major datur potest poena, quam excommunicatio, ibi: Quæ poena in Ecclesia nulla major esse potest. De tabernariis vendentibus pro puro vinum aquæ commixtum, aliâque res majori pretio, quam valeant, discurrendum est cum proportionem, sicuti dictum est sub verb. Emptio, & Venditio art. 3. Vide ibi. Episcopus potest prohibere aperiri tabernæ pro ludis

- dis aleorum, & taxillorum. Sacra Congr. Immunit. in una S. Saceri 8. Julii 1687. lib. 1. Martelli pag. 131. & 16. Nov. 1686. ibi pag. 380.
- Magistratus non potest prohibere tabernariis appendere res venales in columnis porticuum de Jure Ecclesiæ, seu quæ Ecclesia habet Jus locandi; Sac. Congr. Immunit. in Imolen. 5. Maji 1699. lib. 2. Decret. Vall. pag. 218.

TACTUS IMPUDICI.

MUSUMMARIUM.

- 1 **O**mnis tactus impudici animo deliberate libidinoso facti in personis solutis in quacunque corporis parte, sive in alio, sive in seipso, sunt semper peccatum mortale.
- 2 Tactus facti in se ipso, in partibus venendis præcise non ex joco, seu levitate, ordinarie non sunt peccatum mortale.
- 3 Tactus facti in alio cuiusque sexus in parte corporis honesta ex joco, levitate, aut propter delectationem mere sensuale, ordinarie excusantur à peccato mortali.
- 4 Mortales autem ordinarie sunt dicti tactus, si fiant in partibus venendis.
- 5 Si tamen dicti tactus fiant quidem in partibus venendis, sed supra vestes, ordinarie excusantur à peccato gravi.
- 6 Fœmine permissæ sunt tangi impudice, præsertim in partibus libidinosis, peccant graviter, quid in ancillis, nutricibus, pueris vestimentibus, in personis diversi sexus in medicis &c. in propria persona, in conjugibus, in sponsis de futuro, cum bruti, dum dantur tactus similes, ad n. 17.
- 7 Alia remissive, & quoddam dictum poetico, ad n. 19.
- 1 **O**mnis tactus impudici animo determinate libidinoso facti in quacunque corporis parte, sive in alio, sive in seipso, sunt semper peccatum mortale; Communis.
- 2 Tactus facti in se ipso in partibus venendis præcise ex levitate, ordinarie non sunt peccatum mortale, quia tactus in corpore proprio non ita excitant ad libidinem, ac tactus in corpore alieno; Communis.
- 3 Tactus facti in alio cuiusque sexus in parte corporis honesta ex joco, levitate, aut propter delectationem mere sensuale, ordinarie excusantur à peccato mortali; Communis: Et ratio est, quia tactus illi, cum sint de se indifferentes, non plus habent malitiæ quam communicet ipsis affectus tangentis, adeoque, cum in dicto casu affectus tangentis non sit mortalis, neque mortales erunt dicti tactus. Mortales autem ordinarie sunt dicti tactus, si fiant in partibus venendis, Communis. Et ratio est, quia licet tactus illi procedant absque affectu vere libidinoso, quia tamen sunt in partibus libidinosis, seu libidinem ex natura sua (ubi non adest iusta dictorum tactuum necessitas) valde excitantibus, & ad delectationem veneream, & pollutionem proxime disponentibus, sunt ordinarie mortiferi, juxta illud Eccl. 3. num. 27. Qui amat periculum, peribit in illo. Vestes impedimento non sunt, quomius imaginatio actus impudici excitet affectum, affectusque ipse contingat. Audiatur quæ S. Paulum dicentem: Ab omni specie mala abstinete vos. 2. Thessal. 5. 22. Si tamen dicti tactus fiant quidem in partibus venendis, sed supra vestes, ordinarie excusantur à peccato gravi, quia non videtur in ipsis adest tantum periculum, ut notat communiter Doctores, quamvis serio moneant esse id vitandum, præsertim in personis alterius sexus.
- 4 Non adeo facile à gravi culpa excusari debent tactus illi deliberati, qui aut in honestis partibus fiant, ob delectationem tamen sensualem percipiendam, vel in partibus pudendis supra vestes, aut in signum mutæ benevolentie inter sponsos de futuro &c. Nam ubi

ordinarie lethalis culpæ periculum adest, ibi peccatum mortale sit necesse est: Huc enim spectat illud Ecclesiastici à Lucio citatum: Qui amat periculum, peribit in illo, ordinarie vero, qui deliberate tactus illos exercet, periculo graviter peccandi sese exponit: Nam delectatio venerea, fatentibus omnibus, peccatum mortale est; inhonestæ quoque hæc de refectionibus, & desideria inde sequentia, mortalia quoque peccata sunt. Quis vero dicat, tangentes ex. gr. faciem captanda delectationis sensibilis causa ex ipsius molitie, tangentes ex joco, & levitate propria pudenda, atque tangentes, & osculantes futuram sponsam, in mutæ benevolentie significationem, periculum non sese exponere delectationis venereæ, inhonestæ cogitationis, turpisque desiderii? Nam ex tactibus illis delectatio ordinario consurgit, quæ ad veneream incitat, & motus inde nascentes non nisi venereæ sunt, atque ad veneream usum provocantes. Idem tactus illi rei inhonestæ ideam suggerunt: ex idea inhonestæ, inhonestæ cogitationis oritur; ex inhonestæ cogitatione, turpe desiderium enascitur, ut rem consideranti liquet. Quomobrem ordinarie loquendo tactus hujusmodi à gravi culpa excusari non debent, ac rari admodum casus esse possunt, in quibus tactus hujusmodi non deliberati sint, nec ex necessitate fiant, & gravi culpa careant.

Hic recurrit ea, quæ jam adduxi supra in responsione ad notam Rom. Theolog. ad verb. Sponsi; vid. ibi. Fœmine permissæ sunt tangi impudice præsertim in partibus libidinosis peccant graviter, non solum ratione cooperationis alterius peccato, sed etiam ratione tactus passivi; Communis. Et ratio est, quia non minus ad libidinem excitat tactus passivus, quam activus, adeoque &c.

Ancillæ, nutrices teneros pueros vestientes, lavantes, eorumque pudenda tangentes, etsi motus sensualis exurgat, secluso consensu, aut complacentia turpi, aut non peccant, si ista solum officium exigat; aut solum peccant venialiter, si leviter ex joco, aut curiositate faciant: Si autem id facerent cum notabili mora, ordinarie peccarent mortaliter ob morale periculum consensus libidinosi, & a fortiori, si in his faciendis intermisceretur delectatio venerea; Communis.

Tactus venereæ, seu impudici inter personas ejusdem sexus sunt graviora peccata mortalia, quam inter personas solutas diversi sexus; Communis. Et ratio est, quia tales actus venereæ ex natura sua tendunt ad peccatum molitiei, vel etiam sodomie, quod est peccatum gravissimum simplicis pollutione.

Tactus in quacunque parte corporis, sive proprii, sive alieni, facti à Medicis, Chirurgis, Infirmariis, aut aliis causa medendi, aut alterius necessitatis, quamvis inde interdum suboriantur motus inordinati, quamdiu abest pravus affectus, & consensus, aut ejusdem periculum, nullum modo sunt peccaminosi; Immo de se meritorii; Communis.

Item nequidem erit peccatum veniale tangere vena propria corporis ex naturali aliquo, & non malo fine, ut si quis v. g. fricatione velit extinguere prurum non venereum in illis partibus quandoque vehementius consurgentem: Vid. verb. Luxuria num. 84.

Tangere, seu completi pueros ex affectu teneræ infantilis ætatis captando delectationem sensibilem ex molitiei carnis teneræ, per se loquendo, secluso consensu, aut complacentia turpi, vel nullum est peccatum, vel tantum veniale: Vide verb. Luxuria n. 77.

Tactus etiam in partibus venendis facti inter conjuges, si ordinentur ad copulam conjugalem, sunt per se liciti; Communis. Conjuges enim licite se possunt simili modo ad copulam conjugalem excitare. Non est communis hæc sententia Auditoris nostri. Nam S. Antonin. Sylvester, aliique affirmant, tactus, de quibus hic sermo est, esse culpam mortalem, si exerceantur absque animo perveniendi ad copulam. Si autem similes tactus inter conjuges fiant causa solius voluptatis, & delectationis absque ordinatione ad copulam conjugalem, sunt quidem culpabiles, sed non mortales; Communis. Et ratio est, quia matrimonium eos coho-

nestat, & defectus debiti finis non est mortalis. Dummodo tamen in dictis tactibus absit periculum pollutionis, quia alioquin essent mortales, cum voluntaria pollutio extra debitum vas etiam inter conjuges sit mortalis: Sic Doctores communiter.

- 15 Tactus, qui sunt inter sponsos de futuro cum delectatione sensibili, venera, morosa, & directe voluntaria, sunt peccata mortalia; aliis non sunt nisi venialia: Et si pudice fiant ex recto, & honesto fine secundum consuetudinem patrie in signum mutue benevolentie, & debiti obsequii, sunt licita; Communis.
- 16 Bruta, seu animalia, minora praeferuntur, ut ceteros, catos, & hujusmodi molliter tractare, demulcere, etiam eorum pudenda contrectare ex sola jocositate, vel levitate, sine ulla impura delectatione, ordinarie est tantum peccatum veniale: Vide verb. Luxuria num. 80.
- 17 Esset autem mortale ita bruti, seu animalis alicujus pudenda fricare, ut semen expelleret ex curiositate illud videndi, & ob delectationem sensibilem: Vide ibi num. 81.
- 18 Alia ad rem; Vide verb. Fomina, verb. Luxuria, verb. Sponsi.
- 19 Ad complementum affertur poeticum dictum relatum ab Ursaya in miscelaneo 1. sacro, & profano lib. num. 11. Ni fugias tactus, vis evitabitur adus; Hoc ergo vita, ne moriaris ita.

TALIONIS PENA.

Vide verb. Falsarius num. 69. & verb. Pena art. 2. num. 24. ac verb. Accusator num. 3. & 4.

TAXA.

SUMMARIVM.

- 1 Affertur Taxa Innocentiana fori Ecclesiastici in materiis spiritualibus.
- 2 Taxa Innocentiana non est, nisi reasumptum ordinationum sacrorum canonum, & Sacrorum Congregationum, & ejus Executrix est Sacra Congregatio Concilii privative quoad alios.
- 3 Affertur taxa pro Advocatis, & Procuratoribus patrocinantibus causas Beatificationum, & Canonizationum.
- 4 Affertur taxa obervanda a Notario Sacra Congregationis cum aliquibus ejusdem Ordinis.
- 5 Taxa facta a Laicis non afficit Ecclesiasticos.
- 6 Adducuntur plures Resolutiones Sacra Congregationis quoad Taxam, tum pro funeribus, tum pro Seminario, tum pro Cathedralico, tum pro observantia taxae Innocentianae, ad num. 14.
- 15 Additiones, ad num. 21.

TASSA INNOCENZIANA.

Del foro ecclesiastico nelle materie spirituali; ovvero Dichiarazioni sopra quelle cause, & materie ecclesiastiche, & spirituali, nelle quali nel foro ecclesiastico, ed episcopale non si può, né si deve esigere emolumento alcuno, eccetto quello, che si dichiara per il solo Cancelliere con la riforma degli abusi contrari.

Essendosi avuto ricorso alla Santità di Nostro Signore Innocentio XI. per molti Vescovi, ed Arcivescovi, ed altri Prelati zelanti, acciò per sicurezza della loro coscienza, e per togliere ogni occasione di dubbio, che potesse nascere dalle diverse consuetudini delle diocesi; ed anche acciò non siano ingannati da' loro Vicari, Cancellieri, ed altri Ministri, e famigliari, si stabilisca una tassa generale, ed uniforme per il foro episcopale, ovvero ecclesiastico; nè mancando i Ricorsi de' Cleri, e de' popoli, ha perciò la Santità sua deputata una Congregazione particolare di

due Signori Cardinali Prefetti delle Congregazioni del Concilio, e de' Vescovi, ed i quattro altri Sign. Cardinali delle medesime Congregazioni, e di due Monsignori nostro Segretarij, e delli Monsignori Datario, ed Auditore della Santità sua, e da questa si è risoluto non potersi nelle cause contenziöse, civili, criminali, e miscite venire alla suddetta tassa generale senza la precedente notizia delle tassi particolari di ciascheduna diocesi, o provincia, potendo giuridicamente quella esser varia secondo la diversa consuetudine regolata dalla diversità de' Paesi, e de' luoghi. Bensì doversi con qualche maggior chiarezza per togliere tutti i dubbj, e gli equivoci, dar fuori le dichiarazioni, che in più tempi, e diverse occasioni si son fatte dalle Sacre Congregazioni del Concilio, e de' Vescovi, nelle materie ecclesiastiche, ovvero meramente spirituali, acciò in tal modo sappia ciascuno quel che sia illecito, e si tolga ogni scusa, o pretesto d'ignoranza, o di consuetudine, dovendo in si fatte materie l'osservanza essere da per tutto uniforme per la generalità de' Canonici, e Concilii, e particolarmente del Tridentino in modo, che deve dirsi reprobata, ed illecita ogni contraria consuetudine, e tassa diversa in qualunque modo per l'addietro fatta, conforme dalla medesima Congregazione si è stabilito, in modo che le seguenti dichiarazioni debbano osservarsi da per tutto senza eccezzuazione alcuna; sotto le penne contenute ne' Sacri Canonici, e Concilii, ed altre ad arbitrio del Summo Pontefice, che sarà per tempo; e nascendo qualche dubbio in contrario, se ne debba consultare la suddetta Sacra Congregazione del Concilio, e non altrimenti.

Nella materia dell' Ordini Sagri, e Minori, e prima Tonsura, così per la collazione, come per la facoltà, che ad altro si dia di conferirli, ed anche per loro esercizio, e per la facoltà di esercitarli in qualunque luogo, e qualunque tempo, si stabilisce la regola generale, da non ricevere altra eccezzuazione, che quella che si dirà di sotto, e che nè il Vescovo, o altro Prelato, nè il suo Vicario Generale, o Foraneo, Cancelliere, ed altro Offiziale qualsivoglia, nè parenti, e famigliari, o servitori possano esigere, e ricevere emolumento, e cosa alcuna sotto qualsivoglia colore, o pretesto di atti per la giustificazione de' requisiti, ovvero di Tuvaglia, Forbici, Pettine, ed altro, nè sotto titolo di regalo, o mancia, anche se spontaneamente si offerisse, e desse, eccetto che l'Ordinante possa ricevere l'oblazione della candela, secondo dispone il Pontefice a libero arbitrio dell' Ordinario circa la qualità, e peso. Il Cancelliere, secondo la disposizione del Sac. Concilio di Trento per le lettere testimoniali della collazione dell' Ordine già dato, ovvero per le lettere dimissoriali per la collazione da farsi per un altro Vescovo, possa ricevere solamente la decima parte d' uno scudo di moneta Romana, cioè un giulio, ovvero l'equivalente nella moneta del Paese, e non più da persone, le quali abbiano l'uso del denaro, non già da quei Religiosi, e i Minori osservanti, eccetto che nella collazione del Subdiaconato per gli atti, che si devono fare per la giustificazione della verità, e sufficienza del matrimonio, ovvero del beneficio, a titolo del quale si deve promuovere, possa esigere quell' emolumento, che sia proporzionato alla mera fatica personale per la scrittura, e carta, senza che il Vescovo, o Vicario, e altro Offiziale, direttamente, ne indirettamente ne possa partecipare in modo alcuno, purché detto emolumento non possa, né debba eccedere uno scudo d'oro; ma se la fatica richiede minor mercede, si debba esigere solamente quel meno. Ma rispetto agli altri Ordini, ed alla prima Tonsura non possa esigere cosa alcuna sotto pretesto di registratura de' Brevi, e dispense, e di altre Scritture, o di presentata, e di qualunque altra giustificazione, e solennità, o remozione d'impedimento.

Con dichiarazioni, che se le suddette lettere tes-

timoniali, ovvero dimissoriali contengono più Ordini, tuttavia non si possa esigere altra mercede, che la suddetta di un giulio, sicché non si possa moltiplicare a ragione di ciascun Ordine. Non sia però tenuto il Cancelliere a far una sola scrittura per più ordini, quando questi siano stati conferiti in diversi tempi, e diverse ordinazioni; ma volendo, possa farle separate, non già rispetto a quegli Ordini, che si conferiscono in uno stesso giorno, come segue de' Minori, nei quali dovrà farsi una sola scrittura, e nelle lettere dimissoriali, che si diano per l'Ordinazione da farsi per un altro Vescovo a più Ordini, parimente non si possano moltiplicare scritte, né possa esigere cosa alcuna per il rogito della collazione degli Ordini: ovvero per l'accesso al luogo dell'Ordinazione con altro pretesto anche di mancia, e di regalo.

Nella materia de' benefici ecclesiastici, quando si tratta di quelli, che come di libera collazione, ovvero come devoluti si conferiscono dal Vescovo, o altro Ordinario Collatore, parimente si stabilisce la regola generale, che nè il Vescovo, o altro Collatore, nè il suo Vicario, o altro qualsivoglia altro Offiziale, nè il Cancelliere, o parenti, famigliari, o servitori possano esigere, e ricevere emolumento alcuno, ed altra cosa sotto qualsivoglia altro colore, e pretesto, anche di mancia, o regalo, e volontario donativo, così se siano Curati, o residenziali, come se semplici, o non residenziali, ed anche se siano cappellanie manuali, ma solamente il Cancelliere per le lettere della collazione, compresa carta, sigillo, corde, ed ogni altra cosa, possa esigere la mercede proporzionata alla scrittura, e materia, purché non ecceda la somma di giulj dieci di moneta Romana, ovvero l'equivalente nella moneta del Paese, senza che si possa pretendere altra mercede, sotto qualsivoglia pretesto, e particolarmente per l'approvazione, prelezione nel concorso alle chiese parrocchiali. E per il possesso il Vescovo, o Vicario, o altro Offiziale non possa esigere cosa alcuna; ed il Cancelliere, se sarà dentro la Città, sia per il rogito, ed ogni altro atto esigere giulj tre, se ne' Borghi, ovvero Suburbj, giulj, quattro, e se in altro luogo i medesimi giulj quattro il giorno, e le spese di vitto e viatico; Bensì che se nel luogo del beneficio vi sarà il Cancelliere del Vicario Foraneo, o altro Notario, si dovrà il possesso commettere al Vicario Foraneo, e suo Cancelliere senza la necessità del viaggio del Cancelliere episcopale.

Quanto a benefici di provvisione Apostolica, purché siano riservati, ovvero affetti avanti la loro provvisione così ne' benefici Curati, ne' quali per l'ordinario si danno le lettere testimoniali alla Dataria dell'approvazione, e della prelezione nel Concorso secondo la forma del Concilio di Trento; come anche negli altri benefici non Curati, e particolarmente ne' residenziali, per i quali si sogliono dare le attestazioni alla Dataria sopra la vita, costumi, ed idoneità de' concorrenti per le dette lettere: non si possa esigere, o ricevere mercede, ed emolumento alcuno in denaro, o in altre cose sotto qualsivoglia pretesto, o colore, anche di volontario donativo, ma si debbano dare affatto gratis.

E dopo la provvisione per la esecuzione delle lettere Apostoliche, quando siano nella forma graziosa, non possano il Vescovo, o altro Prelato Ordinario del luogo, o suo Vicario, e Cancelliere, ed altro Offiziale pretendere di doverne essere per necessità Esecutori, ma sia in arbitrio de' Provisti l'elegerli l'Esecutore, ed il Notaro per il possesso: ma se il Provisto eleggesse l'Ordinario Offiziale, ed il suo Cancelliere, o veramente le lettere fossero nella forma, che si dice dignum indirizzate all'Ordinario, ovvero al suo Vicario, il quale per ciò ne fosse necessariamente l'Esecutore, così nell'uno, come nell'altro caso, non essendovi legittimo contraddittore, in modo che l'Esecutore sia mero, parimente il Vescovo, o altro Prelato, ed il suo Vicario, o altri Offi-

ziale, e suoi famigliari, servitori, ed attinenti, non possano, né debbano esigere, e ricevere emolumento alcuno, in quell'istesso modo, che di sopra si è detto ne' Benefici d'ordinaria collazione, ma il Cancelliere possa dar la copia, o registro delle lettere Apostoliche, ed altri atti, ricevere la mercede proporzionata alla fatica per la sua scrittura, purché non ecceda in tutto uno scudo d'oro. Ed essendovi contraddittore, sicché convenga di far processo giudiziario, la mercede del Cancelliere per la sua fatica si possa stendere a due scudi d'oro, e non più, senza che il Vescovo, o Vicario, o altro Offiziale possa esigere, e ricevere emolumento alcuno, mentre nelle cause Ecclesiastiche, spirituali, ordinano i Sacri Canonici, che non ostante qualsivoglia consuetudine, il giudizio si debba interporre gratis. E per il possesso si osservi quelle istesse, che si è detto di sopra ne' benefici conferiti dall'Ordinario Collatore.

Nelli benefici de' padronato, nascendo dubbio sopra l'esistenza del padronato con il Procurator Fiscale, ovvero col Provisto, che ne pretenda la libertà, si debba in tutto, e per tutto osservar quelle istesse, che di sopra si è detto ne' Benefici di libera collazione col Contraddittore. Ma se controvertendosi l'esistenza, sia la controversia tra' compatroni, ovvero presentati da essi sopra la pertinenza, in tal caso si reputi come causa civile profana, e per conseguenza si osservi la solita tassa di ciascuna Curia, sino a tanto che si faccia l'altra tassa delle cause profane civili, criminali, e misce.

Generalmente così nelle cappellanie manuali, come nelle nuove fondazioni, ed erezione de' benefici, e cappellanie, confraternite, congregazioni, ovvero fondazioni, benedizioni di Congregazioni, e rispettivamente visite, ed approvazioni di chiese, e di oratori, così con l'autorità Apostolica, come con l'ordinaria, il Vescovo, o altro Prelato, e suo Vicario, qualunque Offiziale non possa esigere, e ricevere emolumento alcuno, ma solamente il Cancelliere possa esigere quella mercede, che sia proporzionata alla sua fatica per la scrittura, purché non possa eccedere in tutto uno scudo d'oro, ma sia meno, se minore sarà la fatica.

Nelle cause, e materie, che riguardano il matrimonio, ed i sponsali, così per l'esecuzione delle dispense Apostoliche matrimoniali, come per la giustificazione dello stato libero, o che non vi sia canonico impedimento, ed anche per la dispensa alle pubblicazioni, o per la licenza di potersi contrarre in casa, o in altro luogo, o tempo insolito, e proibito, o che si possa contrarre in presenza d'altri, che del Parrocho, ad ogni altro atto, che occorresse fare, il Vescovo, e il suo Vicario, ed ogni altro Offiziale, o Ministro, o Famigliare, non possa sotto qualsivoglia pretesto, o colore, anche di mancia, e di volontario donativo esigere, e ricevere emolumento alcuno, né in denaro, né in altre cose, ma solamente il Cancelliere possa esigere la mercede proporzionata alla fatica della scrittura, cioè nell'esecuzione delle dispense giulj tre, e per i testimonj sopra lo stato libero, o che non vi sia impedimento, un giulio per testimonio, purché in tutto non si ecceda uno scudo di moneta Romana, cioè dieci giulj, ovvero il loro equivalente nella moneta del Paese. Non comprendendosi le cause contenziöse tra i coniugi sopra la validità del matrimonio, ovvero sopra la separazione del toro, stimandosi questa causa giudiziale profana, nella quale si osservarà la tassa di ciascun tribunale, sinché si provveda.

Generalmente in tutto quello, che riguarda i Monasterij delle Monache, ed i Conservatorj di quelle Donne, le quali a guisa de' Monasterij, e Monache rispettivamente vivono ritirate, il Vescovo, o altro Prelato, il Vicario così generale, come particolare, e qualunque altro Offiziale, o Deputato, ed il Cancelliere, ed anche i parenti, e i famigliari del Vescovo, o Prelato; e de' sui Officiali non possano esi-